

Isaaco Grotio
Rectori Scholae
Middelburg:

111

(316)

Tantum intervalli est, mi Grotio, inter egregiam
mercedem principi a te oblatam, et hanc mercedulam
dudum tibi offerendam, ut vix recordari possis, quā
de re secundo tam serus sermo fiat. sed aulicis morem
et Imperatoris Ministrorumque in exercitu occupa-
tiones, si hactenus nescivisti, sic intelligere dicez, et
me amas.

Tuum.
C. H.

Assendae in Castris XIII. Cal. Oct. MDCCXLI.

Brunoni.

(317)

Inscripsit ^{mea} tibi, et ^{mea} Principi offerendum
misit, non illepidum Poema Belgicum, certe
novitatis insolentia gratum Franciscus quidam
le Blais, ignotus mihi vel de nomine, ac tanto
ignotior, quod ~~mea~~ epistole nec locum domicilij,
neque ~~item~~ adscribere voluerit. Fallor autem
nisi per excipulum recordor olim ejus mentionem
a te mihi factam fuisse. Id si ita est, mi Bruno, velim
hoc munusculi chartacei meo nomine ipsi transmittas,
ac, si opus sit, remissa Apoc'hā, nummos ipsos a Thesaurario
procuras. Si vero, nec hominem tute nosti, poteris
Diploma penes te asservare, donec innotuerit, quod ~~opus~~
Bibliopolarum ~~opus~~ facile fiet opinor, fiet, aut studiosorum
vale. Assendae in Castris XIII. Cal. Oct. 1641.

De successu ac progressu studiorum
vestrorum, saepe meo a te certiore
fieri expedit ac necesse est.

Puteano.

Nobilissime Doctissime et Amplissime Vir.

(318)

Grata mihi a Puteanis litera cujusvis argumenti. Ecce
tamen subingrata, quibus super affectus in te mei, quasi
periculum facere quod institueris, dici nequit quam inique
feram. Fidem enim tuam amicissime hostium
cujusmodi ista sunt, quod petere me a Principe meo
iubeas de re tantilla et sua tamen, supplicii charta ut
conveniat hostium sane non amicissimam; utique
earum ditiorum, de quibus sermo est, licet publico ^{belli} jure
non humanissimam detentricem. Petere verbo ut
respondeam, indignas animo caelesti preces, denique
sine pondere futuras, quin vero obfuturas maxime
ubi tu profuturas, nescio quid aliud agens, in animum induxisti.

Postremo